



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

251. De illecebroso amplexu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De mulierum fornicatione.

CCL. Mulier quocunque molimine aut in seipsa aut cum altera fornicans, tres annos pœniteat. Burchard. lib. 17. c. 27.

Unde supra.

Si sanctimonialis cum alia sanctimoniali per aliquod machinamentum fornicatur, septem annos pœniteat. Burchard. lib. 17. c. 28.

De inlecebroso amplexu.

CCLI. Qui per inlecebrosos amplexus feminae vel per osculum polluitur, triginta dies pœniteat. Qui tetigerit inverecundè carnem ejusdem feminae, tres menses pœniteat. Qui per turpiloquium polluitur, septem dies pœniteat. Burchard. lib. 17. c. 42.

Presbyter si osculatus fuerit feminam per immundum desiderium, viginti dies pœniteat. Si inquinatus fuerit, quadraginta dies pœniteat. Qui in Ecclesia per somnum polluitur, tres dies pœniteat. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat, & cantet septem psalmos pœnitentiales, & die triginta. Qui peccare voluerit in somnis, & non fuerit pollutus, triginta quatuor psalmos cantet.

De fundendo semen.

CCLII. Clericus si semen fuderit non tangendo, septem dies pœniteat. Si tangit cum manu, viginti dies. Si Diaconus, triginta dies. Si Presbyter, hebdomadas quatuor. Presbyter si semen fuderit per cogitationem,